

## DE CONSERVANDA

ma pinguiora porcorū cum reliquorum animalium  
omasis: et quantum ad uictus rationem attinet, relia  
quis suilla præstant. Nullorū enim animalium intesti-  
nibus utimur, nisi sanguine refertorū & pinguium,  
cuiusmodi sunt porci. Sanguis namq; suillus solus hu-  
midus est, et minus calidus, humanæ maximè tempe-  
riæ similis. Siquidem et carnes suum humanissunt fa-  
miles: quo quidē sanguine intestina implentur. Porci  
etiam facilius quam aliorum brutorū sa-  
gin intur siue impinguantur, quare intestinis eorū  
libentius utimur.

## DE MVSTO, CAPVT XXVI.



Impedit urinam  
mustum, soluit  
cito uentrem,  
Epatis emphraxin,  
splenis, generat la-  
pidemq;

Ecphrasis.

Heic quinq; referuntur nocumēta ex potionē uini  
recentis, siue musti. Primum, quod urinā impedit,  
idq; dupliciter: uel enim propter crassitatem suam  
ex sece commixta epar siuerenes oppilat, et urina  
meatus occludit, uel reddidæ urinæ consuetū morē  
& ordinem immutat, ut mustum Rhenense, et aliud  
que